cum impedimento propter peccatum etiam subeunt poenam excommunicationis. Item
cum coniuge illum procreare debeant, ne unquam semen extra
vas congruum effundat; cum h repugnet plane iuri naturali & fini intrinseco
huic etiam copula debet fieri eo modo, quo magis h prolem procreavit.

n. 10. Praeterea ratione incestus notandum est, quod quondam omnes illi incestuosi fuerunt,
qui cum propriis cognatis & affinibus usque ad 4tum gradum copulam habent,
tamen non omnes privantur iure petendi debitum, sed solum illi, qui cum
consanguinea uxoris suae peccaverit, per istam copulam, quia sic fit affinis
suae uxoris: ubi iterum certum sit, talem non privari iure petendi
debitum, qui copulam habuit cum sua propria consanguinea, vel cum affine
suae uxoris, eoque per hanc copulam non fiat affinis uxori, cum
affinitas non pariat affinitatem: si ergo copula fiat cum consanguinea suae
uxoris, olim privabatur iure petendi debitum etiam usque ad 3tium &
4tum gradum, quod multi authores etiam hodie defendunt, eoque standum
sit iure antiquo, ubi ius novum Tridentinum nil innovavit: atqui circa
petitionem debiti Tridentinum nil censetur innovasse: ergo. Sed magis
contraria contraria cum Sanchez & Reutter quod si copula cum consanguinea
uxoris habita in 3tio & 4to gradu non privet iure petendi
ratio est, quod Tridentinum quondam de privatione debiti nullam fecerit mentionem,
tamen ex eo eruitur, quod sustulerit impedimentum affinitatis in 3 &
4 gradu ex copula illicita: ergo praesumitur etiam hanc poenam sustulisse
eoque copula in 3 & 4 gradu habita in rigore incestus non sit
& pariter etiam non amplius sit affinitas.

n. 11. Ad maius fundamentum huius rei audiatur declaratio, quam Congregatio
Cardinalium super Tridentinum posuit, ut testatur Sanchez, dicens,
probat; Bonacina his verbis: congregatio concilii censuit decretum sessionis
24. de matrimonio c. 4. ad 1um & 2dum gradum restringens impedimentum
inductum propter affinitatem ex fornicatione contracta censeri etiam quoad

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII59_2/0358
gefördert durch Baden-Württemberg